

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Doctrina siue doctor k  
cum fontibus proximo et primo

**Nonne vos et cetera.**

Ambrosius. Manifestum est enim. quia  
perfectio discipulorum gaudium et corona est magistrorum.  
Hi enim sunt qui labores fructuum suorum edituri sunt.  
Fructus enim magistri est obedientia discipuli  
cuius bona conuersatio  
dat coronam magistro.

*Glossa ordinaria, epistola I. ad Thessalonicenses, 2* (Biblia  
Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

manifestum est quia  
perfectio discipulorum gaudium et corona magistri est.  
hi enim sunt, qui labores fructuum suorum edituri sunt.  
fructus enim magistri est discipulus (discipulus est) oboediens,  
cuius dum bona conversatio proficit magistro,  
fructus sui edet laborem. labor enim discipuli in opere bono  
coronam dat magistro iudice Christo.

Ambrosiaster, *Commentarius in epistula ad Thessalonicenses*  
*prima, 2* (CSEL 81.3, H.I. Volgels ed., p.220, ll.11-17).

Perfectio discipulorum gaudium et corona est magistrorum.

Fructus enim magistri obedientia est discipuli,  
et eius bona conuersatio

coronam dat magistro.

Glossa super illud I. Thessalonicensis II.: Que nostra spes aut  
gaudium et cetera.